



C. CORNELII TACITI
AB EXCESSV DIVI
AVGVSTI ANNALIVM

L I B E R P R I M V S.

E T I N H V N C O B S E R V A T I O N E S
Caroli Paschalij Cuneatis.

VR BEM Romam à principio reges habuere. ^a Libertatem, & Consulatum L. Brutus instituit. Dictaturæ ad tempus sumebantur: neque Decemviralis potestas ultra biennium, neque tribunorum militum consulare its diu valuit. Non Cinna, non Sulla longa' dominatio. Et Pompej, Craftisque potentia citè in Cæsarem: Lepidi, atque Antonij arma in Augustum cessere, qui cuncta discordiis ciuilibus fessa, nomine principis, sub imperium accepit. Sed veteris pop. Rom. prospera vel aduersa claris scriptoribus memorata sunt: temporibusque Augusti dicendis non defuere decora ingenia, donec glisce[n]te adulat[i]one deterrerentur. Tyberij, Caſſique & Claudij, ac Neronis res, florentibus ipsis, ob metum falſæ , postquam occiderant recentibus odiis compositæ sunt. Inde consilium mihi pauca de Augusto, & extrema tradere: mox Tyberii principatum, & cætera ^b sine ira, & studio, quorum causas procul habeo. Postquam Bruto, & Caſſio cæſis, nulla iam publica arma, Pompeius apud Siciliam oppressus, exutoque Lepido, interfecto Antonio, ne Iulianis quidem partibus, nisi Cæſar dux reliquus, posito Triumviri nomine, Consulem se ferens, & ad tuendam ple-

O B S E R V A T I O N E S.

a Liberti[n]is nomine continentur omnes Rep. forma, extra vnam monarchiam.

b Satu[m] constat, se[re] quoq[ue]dā historie scriptores, quos verius u[er]o 284085 appelles, qui vel infensi, vel obnoxij multa offens[e], multa gracie dant, id est, metu, odio, studio, libidine aſſentandi p[ro]pe- dii, mira audacia, posteritati imponunt. Id quod, difficile memoratu[re] eſt, quanto[re] historie au- toritatem eleuer. Proin quisquis ad scribendam accedit historiam, ſciat is, primam eius legem eſſe, ut incorrupte ſidei opera detur, ne, quod scripti genus veritate potissimum niti debet, sua vanitate protinus corrut. Itaque imperabit ſibi, vero neque addere quicquam, neque demere, hoc eſt, non iſdem animi moribus in que tendit, ſcribere, quibus geſta ſunt, ſed ita, ſcilicet, eminere, ut nulla animi perturbatione afficiatur.

c Quæ pars in rep. eſt validissima, huius ſe caput, ac propugnato[re] profiteri debet is, qui ad summum fastigium euehi vult. Id autem haud dubie aſſequetur, ſi ea munia caperet, quibus illo- rum, quoſtuendos ſuſcepit, ſecuritatem ſummae ſibi cur[re] eſſe, maximè declarare poterit.